





Epistle for St. James the Apostle


L 
 Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Corínthi-os.


F 
 RAtres: Puto, quod De-us nos Apóstolos novíssimos osténdit, tam-


 quam morti destinátos: qui-a spectáculum facti sumus mundo, et Ange-lis,



 et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in



 Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbi-les, nos autem ignóbi-les.


 Usque in hanc horam et esurímus, et si-tímus, et nudi sumus, et



 cólaphis cædimur, et instábi-les sumus, et laborámus operántes mánibus


 nostris: ma-ledí-cimur, et benedí-cimus: persecuti-ónem pá-timur, et



 sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgaménta hujus




mundi facti sumus, ómni-um peripséma usque adhuc. Non ut confúndam



vos, hæc scribo, sed ut fí-li-os me-os carí-simos móne-o. Nam si decem



mí-li-a pædagogórum habe-á-tis in Christo: sed non multos patres. Nam



in Christo Jesu per Evangé-li-um ego vos génu-i.